



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Variorum In Europa Itinerum Deliciæ**

**Chyträus, Nathan**

**[Herborn], 1599**

**VD16 C 2803**

Spirensia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](#)

## AD PRÆDICATORES.

Anno 1486. obiit in Comitiis Francofurti Albertus  
Marchio Brandenburg. cuius intestina in illa æde servan-  
tur: corpus in Heilsbrun.



## MOGUNTIAE.

IN ARCIIS CONCLAVI  
QUODAM.

**I**ncepta Deus ipse domus nisi limina ponat;  
Noſter fruſtrat & deperit arte labor.

Ibidem ſupra aliud oſtium.

Exulat in terris, & quas homo poſſidet ades,  
Hofpitii tantum jure caducus habet.

## SPIRENSIA.

## IN SUMMO TEMPLO.

**A**nno Domini 1039. Conradus Secundus Imperator,  
ſecundo Nonas Julii obiit.

PROAVUS JACET ISTIC.

xv. Kl. Martii Gisela Imperatrix obiit.  
HIC PROAVI CONJUNX.

Anno Dominicæ incarnationis 1056. Henricus Ter-  
tius Niger tertio Non. Octob. obiit.

AVVS HIC.

Anno Dominicæ incarnationis 1106. Henricus Quar-  
tus senior vii. Idus Augufti obiit.

PATER HIC.

## NORIMBERGENSIA.

Sexta Kl. Januarii Bertha Imperatrix obiit.  
HIC HENRICUS SENIOR.

Anno Domini Henricus v. Junior v. Kl. Maii obiit.  
FILIUS HIC.

## Integrum distichon.

*Filius hic, pater hic, avus hic, proavus jacet istuc.  
Hic proavi conjunx, hic Henrici Senioris.*

## ALIUD.

Georgius Palatinus Rheni, Episcopus Spirensis, sudore  
Anglico defunctus, obiit 1529 die 27. Sept.

## NORIMBERGENSIA.

IN NU REM BERGAM JUL  
CÆS. SCALIGER.

Divisa mihi extremi da munera sacra laboris,  
Non tamen extremo conspicienda loco.  
Sed velut abducto veneramur in ordine calum;  
Hic ubi natura fine quievit opus.  
Non potes a thereis deducere sedibus astrar;  
Invenies, tibi qua Norica terra dabit.  
Hunc si corruptas terras Astræa relinquens  
Fatali statuit sede tenere locum;  
Quis putet horrifico sociatas Marte Camœnast?  
Sacra tamen duplex tempora laurus obit.  
Maris habe, & Phœbi felicia tempora laure,  
Sancta quod sit valido fœdere juncta fides.  
Omnibus ex istis ne tunc demperis unum.  
Addere quin potius omnia magna, tuum est.

IN SCRIB.